

VI.

Nachträge zum Westfäl. Urkundenbuch Bd. IV und Bd. VII.

Von Christoph Böslter, Archivsekretär in Paderborn.

I.

Zu Bd. IV. Eine Corveyer und eine Paderborner Urkunde.

1.

Der Abt des Klosters St. Jakob in Provins, Diöz. Sens, beauftragt als päpstlicher Kommissar den Dompropst von Paderborn, über Abt und Konvent des Klosters Corvey Exkommunikation und Interdikt öffentlich zu verkündigen, weil sie den durch richterliche Entscheidung desselben Kommissars vom 21. Mai 1258 festgesetzten Termin zur Bezahlung von 50 Mark Darlehen und 10 Mark für Zinsen, Schadener satz und Kosten an mehrere genannte Florentiner Kaufleute nicht eingehalten haben. Das Erkenntnis vom 21. Mai 1258, zu dessen Exekutor der Domdechant von Paderborn bestellt war, ist inseriert. 1258 Oktober.

Abbas ecclesie sancti Jacobi de Pruvino¹⁾ Senonensis Dyocesis iudex seu executor a domino Papa deputatus dilecto sibi in Christo viro venerabili et discreto praeposito ecclesiae Paderbornensis vel eius vices gerenti salutem in domino. Cum nos viros religiosos abbatem, priorem et conventum Monasterii Corbeiensis Paderbornensis dioecesis per Johannem rectorem ecclesiae de Vassenbecke procuratorem eorundem per nostram diffinitivam sententiam condemnaverimus, Raymoni Bellindotis, Jacobo Giberti, Aldebrando Brunetti et eorum sociis mercatoribus Florentinis in 50 marchas bonorum et legalium sterlingorum pro sorte et in 10 marchas eiusdem monetae pro damnis, interesse et expensis, prout latius continetur in dicta diffinitiva sententia nostra, cuius tenor talis est:

In nomine domini amen. Cum coram nobis abbatte Sancti Jacobi Pruvinensis iudice sive exequutore a domino papa delegato causa verteretur inter Raymonem

¹⁾ Abjchr. hat hier wie stets in der Urkunde Privinio, einmal auch Priminiensis.

Bellindotis, Jacobum Giberti, Aldebrandum Brunetti et eorum socios mercatores Florentinos ex parte una et religiosos viros abbatem, priorem et conventum monasterii Corbeiensis Paderbornensis dioeceseos ex altera super 50 marchas sterlingorum novorum, tribusdecim¹⁾ solidis et quatuor sterlingis pro marcha qualibet computatis, quas dicti mercatores a dictis religiosis petebant ex causa mutui, et super 10²⁾ marchas eiusdem monetae, quas dicti mercatores petebant a dictis religiosis pro interesse, damnis et expensis factis et habitis propter defectum memoratae pecuniae ad terminum statutum non solutae, die Martis post Trinitatem continuata a die Martis praecedenti assignata dictis partibus coram nobis ad procedendum in dicta causa prout esset secundum mandatum apostolicum procedendum, comparentibus in iudicio coram nobis dicta die Joanne rectore ecclesiae de Vassenbecke procuratore dictorum abbatis, prioris et conventus et Aldebrando Brunetti pro se et nomine procuratorio pro dictis sociis suis et cavente pro eisdem de ratihabitione rei istius ad pendendum 60 marchas sterlingorum dictae jurisdictioni nostrae quoad hoc supponendo, procurator praetectorum religiosorum confessus est in iudicio coram nobis nomine procuratorio pro ipsis religiosis, ipsos abbatem, priorem et conventum teneri et velle reddere dictis mercatoribus vel eorum uni resignanti vel resignantibus publicum instrumentum super dicto debito confectum et litteras procuratorias super dicto mutuo contracto confectas cum omnibus actis habitis super processu negotii praedicti, videlicet pro sorte praedicta 50 marchas dictae monetae et 10 marchas eorundem sterlingorum praedicto modo et numero computandorum pro damnis et expensis praedictis. Quia vero confessione facta idem Aldebrandus petiit dictum Joannem nomine procuratorio et dictos abbatem, priorem et conventum per eundem Joannem per diffinitivam sententiam condemnari ad reddendum et solvendum dictis mercatoribus dictas pecuniae qualitates, nos vero habito prudentum virorum consilio de consensu et voluntate dictorum procuratorum dictam

¹⁾ Abjchr. „Tribusceim“. — ²⁾ Abjchr. „quadraginta“.

sententiam diffinitivam ferri a nobis potentium ipsum Joannem nomine procuratorio dictorum abbatis, prioris et conventus et ipsos abbatem priorem et conventum per eundem Joannem per diffinitivam sententiam condemnavimus ad reddendum et solvendum dictis mercatoribus ad quindenam festi b. Remigii proxime venturi apud Pruvignum in ecclesia sancti Jacobi praedicta dictas 50 marchas sterlingorum pro sorte et 10 marchas eiusdem monetae pro dampnis, interesse et expensis subpoena suspensionis, quam in eodem promulgamus conventu, et etiam interdicti et sub poena excommunicationis, quam promulgamus similiter in abbatem, priorem, praepositum et maiores personas dicti conventus, si defecerint in solutione antedicta. Quam sententiam diffinitivam dicti procuratores acceptaverunt et approbaverunt coram nobis. Quare vobis mandamus, scilicet domino decano Paderbornensis ecclesiae, sub poena suspensionis et interdicti, quam in vos ferimus et in scriptis, nisi id feceritis, quod mandamus vobis in virtute obedientiae, qua sedi apostolicae tenemini, firmiter iniungentes, quatenus, nisi vobis constiterit, dictos abbatem, priorem, praepositum et maiores de dicto conventu necnon et dictum conventum de iam dictis pecuniis satisfecisse ipsis mercatoribus, prout praemissum est, ipsos abbatem, priorem, praepositum et maiores personas dicti conventus, quos et quas extunc in scriptis excommunicamus, conventum vero, quem hac de causa ecclesiastico supponimus interdicto, si quod dictum est, non fecerint, ipsos abbatem, priorem, praepositum et dicti conventus maiores personas sic esse excommunicatos et dictum conventum sic esse interdictum, auctoritate propria publice nuncietis et nunciari faciatis, ubi et quotiescumque super haec fueritis requisiiti. Soluta autem in integrum pecunia memorata dicti abbas, prior et conventus quiti penitus remanebunt erga praedictos mercatores ab huiusmodi onere debitorum. Datum die Martis praedicta anno domini MCCLVIII.

Demum et ex legitima insinuatione ipsorum mercatorum nobis sic clarefactum, quod de praedictis pecuniarum summis in dicta diffinitiva sententia contentis eis nondum sit satisfactum, licet terminus solu-

tionis praetactae pecuniae effluxerit, et dignum sit, ut iidem religiosi suae temeritatis hac de re sentiant disciplinam nec sit eis parcendum in aliquo, sed potius obviandum, qui faciem omnipotentis dei beatorum¹⁾ Petri et Pauli apostolorum eius incurront offensam non metuentes, sed vituperantes claves ecclesiae, de quo maxime potest generari scandalum plurimorum, vobis mandamus in virtute obedientiae, qua sedi apostolicae tenemini, firmiter et stricte praecipiendo iniungimus sub poena suspensionis et excommunicationis, quam suspensionem et excommunicationem vos incurrisse noveritis, nisi id protenus per vos vel per alium, cui fides merito debeat adhiberi, fueritis exequuti, quatenus dictos abbatem, priorem, praepositum et maiores personas dicti conventus, quos et quas jamdicta auctoritate in scriptis excommunicamus, ipsumque conventum, quem ecclesiastico propter hoc praevia avisatione supponimus interdicto, ipsos abbatem, priorem, praepositum et maiores sic excommunicatos esse et dictum conventum sic esse interdictum publice nuncietis seu nunciari faciatis candelis accensis et campanis pulsatis, ubi et quotiescumque super haec fueritis requisiti, ne de sua malitia videantur commodum reportare. Et quid inde faciatis nobis per vestras patentes litteras et per latorem praesentium rescribatis. Datum anno domini MCCLVIII mense Octobris. (Locus sigilli.)

Abschrift aus dem 17. Jahrh. im Archiv des Generalvikariates in Paderborn, Urk. 60a. Lateinisches Regest der Haupturfunde aus dem Repertorium des Paderborner Kapselarchivs und deren Anfang aus den Libri Variorum im Westf. Urk. IV Nr. 762.

2.

Erzbischof Engelbert II. von Köln verleiht allen, die zur Wiederherstellung der durch Feuer zerstörten Domkirche in Paderborn beitragen, 40 Tage Ablass. Köln 1273 September 6.

Engelbertus dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius universis christifidelibus, ad quos presens scriptum pervenire, salutem et ad eternam gloriam pervenire. Ad

¹⁾ Abschr. „bonorum“.

pietatis opus divinis muneribus indulgenciis videlicet et remissionibus invitare decrevimus fidelium voluntates et ut divinam graciam facilius impetrent, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad reparacionem ecclesie Paderbornensis lamentabiliter destructe per incendium manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Datum Colonia anno domini M^oCC^oLXXIII^o VIII^o Idus Septembris.

Original im Archiv des Generalvikariates zu Paderborn Urk. 65a. An grünen und gelben Seidenfäden Reste des Siegels, auf dem noch die Buchstaben TVS . . . EPS und ein Bischof, der in der rechten Hand eine Fahne trägt, zu erkennen sind. Die Urkunde wurde i. J. 1925 beim Auseinandernehmen des alten Chorgestühls im Dom in einer Ecke eingeklemmt gefunden.

Das Brandungslück, von dem die Rede ist, hat den Dom schon vor dem 7. September 1263 getroffen, denn an diesem Tage erteilt Bischof Gerhard von Münster mit fast den gleichen Worten für Almosen zum Wiederaufbau des Doms einen Ablass (W. u. B. IV 954), 1267 auch der Erzbischof Werner von Mainz (ebd. 1124). Über den Umfang des Brandschadens vgl. Stolte in dieser *Ztschr.* Bd. 61 II S. 74f. Die Urkunde des Bischofs Gerhard von Münster hatte Giefers bereits in seinem Büchlein *Der Dom zu Paderborn* S. 20 abgedruckt, jedoch mit der falschen Jahresangabe 1267. Der Irrtum ist von Stolte a. a. O., von Pöppel, *Der Dom zu Paderborn* S. 20 und u. a. vom „Führer durch Paderborn“, Ausgabe 1928 S. 24 übernommen worden.

II.

Drei Geseker Urkunden.

Das Pfarrarchiv der Stadtkirche ad s. Petrum in Geseker verwahrt ein Kopiarium, das die Aufschrift trägt: „Dit Copien Boik höret to sanct Peters Kerken to Gesice. Anno 1544 fort na sanct Peter und Paul.“

Die 66 Blätter starke Papierhandschrift ist in schwinsledernen Umschlag geheftet und laut Angabe auf Bl. IV^v auf Veranlassung des Bizepastors der Stadtkirche Petrus Mattenloft in den Jahren 1544—48 hergestellt worden. Bis auf wenige Nachrichten aus etwas späterer Zeit stammen sämtliche Eintragungen von einer Hand.

Auf den ersten 8 Blättern stehen Angaben über die damaligen Offizianten¹⁾ der Kirche, ein Verzeichnis der Kirchenkleinodien, eine wertvolle chronologische Aufzeichnung der an Kirche und Pfarrhaus in der Zeit von 1400—1548 vorgenommenen Bauten²⁾ sowie der neubeschafften Paramente und Inventarstücke, ferner Nachrichten über die späteren Pfarrer bis in die Mitte des 17. Jahrhunderts, ein paar Einzelheiten über die Leiden der Stadt in Kriegsläufen, besonders im 30 jährigen Kriege u. a. m.

Der Hauptteil des Buches umfaßt 44 mit römischen Ziffern nummerierte Blätter und bringt die Abschriften von Urkunden aus der Zeit von 1275—1518.

Auf den letzten 8 Blättern schließlich wird ein Register über die Liegenschaften der Kirche mit darauf bezüglichen Nachrichten mitgeteilt.

Bon den Urkunden gehören 3 dem 13. Jahrhundert an. Keine von ihnen ist im Westf. Urkundenbuch Band VII ent-

¹⁾ Pfarrer war Bernhard von oder vom Hagen, Dr. juris, Universitätsprofessor, Dekan der jurist. Fakultät in Köln, später Domkapitular, Canonikus am Severin- und Propst am Andreastift, kurkölnischer Kanzler, ein Gesekener Kind, gest. 1556. Er residierte nicht bei seiner Pfarrkirche in Geeseke, sondern ließ sich durch den genannten Bizepastor Mattenkloot vertreten. Auf ihn und seinen Neffen Konrad Orth v. Hagen geht die bekannte Stiftung Orth ab Hagen in Köln zurück. Vgl. Carl Böckler, Die Stiftung Orth ab Hagen zu Köln, Köln 1868, Hermann Kenzen, Allg. Deutsch. Biogr. Bd. 49, S. 698—700 und Franz Honselmann im Sauerland. Familienarchiv, Paderborn 1906 Nr. 5, S. 120—129. Petrus Mattenkloot war nach Angabe des Kopiars seit 1506 Bizepastor in Geeseke und 1548 noch am Leben. Außer dem Pfarramt an der Stadtkirche bekleidete er das Primissariatsbeneficium (so genannt, weil auf demselben Altar noch ein zweites Beneficium gestiftet war) des Marienaltars in der Stiftskirche zu Geeseke. Archiv des Generalvikariates zu Paderborn Urk. 521.

²⁾ Unter den für die Datierung der einzelnen Bauteile wichtigen Nachrichten heben wir heraus: Am 1. Okt. 1400 wurde mit der Fundamentierung des neuen Chores begonnen, am 23. Aug. 1471 das Gewölbe (testudo) des Chores vollendet. 1522 baute man die beiden ersten Giebel (d. h. auch die zugehörigen Gewölbejoche) des Kirchenschiffes vom Chor anfangend, 1528 die beiden folgenden, 1538 das letzte Paar am Turm. 1519 ist neues Chorgestühl beschafft worden, 1535 ein neues Uhrwerk, 1548 eine neue Orgel, im gleichen Jahr wurde das Gewölbe über der Orgel erneuert. 1542 brachte das „kuer hnes“ auf dem Kirchturm (= Wächterhaus, Auslug des städtischen Turmwächters). zerstört wurde indes nur die Spitze „boven de kure“, sodass Knopf und Kreuz herunterfielen. Das eigentliche Dach des Turmes blieb dank den Löscharbeiten der Bürger vor nennenswertem Schaden bewahrt. Aus diesen Angaben muß man folgern, daß das „kuer hnes“ eine sog. Laterne war, die über die Helmhaube oder das Turmdach hinausragte.

halten oder, soweit festgestellt werden konnte, anderswo gedruckt.
Wir lassen sie hier folgen:

1.

Bl. I.

Äbtissin Agnes von Gesekе beurkundet, wie sie sich davon habe überzeugen lassen, daß an die vormals ihrer Einkünfte beraubt gewesene Petrifirche in Gesekе ein Molt Gerste aus einem Haus in Holthusen und 17 Scheffel Getreide aus einem Haus in Stalpe oder der jeweilige Pachtertrag dieser Güter zu liefern seien, daß jedoch die Kirchenprovisoren von denselben Gütern dem Stift in Gesekе alljährlich 12 Denare zu reichen hätten.¹⁾ Gesekе 1275 Mai 25.

Ab humana facilius elabuntur memoria, que nec voce testium nec scripti robore confirmantur. Hinc est, quod nos Agnes dei gratia Abbatissa in Gesicke presentibus profitemur et notum facimus universis presentes literas inspecturis, quod, cum pluribus annis Ecclesia beati Petri redditibus suis ad luminaria et ad usus suos speciales quoslibet ad emendationem ecclesiae pertinentibus privata extitisset et eliminata, venientes ad presentiam nostram civitatis consules, parochiani ecclesie et burgenses invocato et habito, quod cognovimus habundanter, testimonio de quadraginta annis et amplius domini Gerhardi de Ruden canonici, undecim ex ipsis parochianis virorum discretorum et idoneorum²⁾ juramento in animas eorum facto, prout utique nobis constituit et verum extitit, unum moltum ordei de quadam area in Holthusen sita, singulis annis ministrandum, et de quadam area Stalpe sita decem et septem modios annone, vel imo quantum bona valere vel qualiter locari poterunt ipsa bona, cum locatio ad parochianos bonorum de iure spectet eorundem, coram nobis obtinuerunt. Nihilominus provisores ecclesie eiusdem nostro conventui de bonis predictis singulis annis in die ascensionis domini ministrabunt in duodecim denariis monete legalis. Nos vero preditorum auditio parochianorum iuramento videlicet Haroldi

¹⁾ Regest der Urkunde bei Kampischulte Beiträge zur Geschichte der Stadt Gesekе, Werl 1868, S. 9f.

²⁾ Kop. liest viri discreti et idonei.

militis, Conradi Vrigendt¹⁾ dicti, Eberti Nordene, Conradi apud Rivum, Johannis de Herebremen, Luberti comitis, Renfridi Wrigmani, Rothgeri super Campe, Geithmari filii Godefridi et Almari de Holthusen ad amputandam de cetero cuiuslibet iniurie, que posset oriri, et calumpnie pravitatem dedimus libenter Ecclesie beati Petri presentes litteras nostri sigilli munimine confirmatas, et pro sigillo beati Ciriaci patroni nostri presentibus apponendo fideliter supplicantes astiterunt, cum haec fierent, Gerhardus de Ruden et Arnoldus Cononici, de ordine praedicatorum frater Wynandus, Arnoldus Sacerdos cognomen habens spiritus malignus,²⁾ Menricus Bursa miles, Hermannus de Rameshusen judex, Lambertus proconsul, Hinricus de Flume, Johannes de Kleye, Hermannus Pavo, Conradus de Adenen, Gobelo et Johannes Gysley, provisores tunc ecclesie, Bruno de Holthusen, Hermannus Rickwardinck, Johannes Schreyge, Herboldus de Molendino consules, Hinricus de Santbrincke miles, Johannes Pavo, Hermannus Schattenhusen, Rabodo, Lodewicus de Herdinckhusen, de Suberdinckhusen Johannes, Werner et Henricus Slegterynk fratres, et civitatis parochianorumque plurimi burgenses. Datum et actum in camminata nostra anno domini M°.CC°LXX° octavo Kalendas Junii.

2.

Bl. IV f.

Vor Richter und Rat in Gesete verzichteten Heinrich, Sohn des verstorbenen Bürgers Peter, seine Frau Alheidis und seine Mutter Christine auf eine Häusstätte mit zugehörigen Ländereien und Gerechtsamen in Holthusen und anerkennen, daß diese Güter vom Fabriffondes der Petrikirche in Gesete erworben worden sind. 1282 Juli 4.

Judex, consules ceterique burgenses opidi Gesicke universis christifidelibus, ad quos hec littera³⁾ pervenit,

¹⁾ kann auch Vrigende gelesen werden.

²⁾ Gemeint ist offenbar derselbe Arnolbus, der in W. II. B. VII Nr. 1731 a. 1280 als Arnoldus dictus Welgeist vor kommt und als canonicus bezeichnet wird. Statt Welgeist muß dort Uwelgeist = Übelgeist gelesen werden; die Übersetzung davon ist spiritus malignus unserer Urkunde. Bgl. Kampfschulte a. a. D. S. 10.

³⁾ Kop. „littere“.

perpetuam in domino salutem. Ne vera contingent falsis aliquatenus perturbari, prudenter inventa est litterarum custodia et testium ordinatio conscripta. Hinc est, quod notum facimus tam praesentibus quam futuris, quod Hinrico filio quondam Petri opidani nostri, Alheidi uxore sua, necnon Cristina matre sua¹⁾ coram nobis sistentibus renuntiaverunt agris cum area cum universis in silvis, pratis, pascuis aliisque omnibus iuribus, attinentiis in villa ac extra villam Holthusen sitis, recognoscentes memorata bona per Iohannem dictum Bodekinck et Conradum necnon parochianos ceteros fideles ecclesie beati Petri comparata libere ac perpetuo ad fabricam ecclesie praenominate quiete possidenda. Huius autem testes facti sunt Gocswinus et Hinricus sacerdotes, Hinricus et Lubbertus milites, Lambertus in Foro, Ecbertus, Iohannes, Hermannus et Vulbero fratres Pavones ac filii ipsorum, Iohannes, Siffridus et Albertus fratres dicti de Cleyge, Gerhardus de Mynden, Hinricus Ynrinck,²⁾ Godescalcus et Cherdardus fratres et alii quam plures. Est vero sciendum, quod eadem bona fuerant praenotatae ecclesie in malto ordei singulis annis pensionaria. Ut autem haec firma et rata permaneant, sigilla³⁾ ecclesie et opidi sunt signata. Datum anno Domini M^oCC^o octagesimo secundo quarto Nonas Julii.

3.

Bl. XXIII f.

Bürgermeister und Rat der Stadt Gefete befunden, daß Lubbert, der Sohn des verstorbenen Lubbert Greve daselbst einen Morgen Land beim „Claueses Cruce“ an Hildebrand Drude verkauft, und daß Goswin, der Bruder Lubberts, dem Käufer die Belehnung erteilt habe. 1297 Juni 17.

Universis praesentia visuris seu audituris. Nos Olricus tunc proconsul, Menricus dictus Haroldinck, Lambertus in Foro, Helmicus Wernsinck, Robertus de Stroth, Hermannus Pavo, Lubbertus Sutor, Hermannus

¹⁾ Kop. „uxori sue . . . Cristine matri sue.“

²⁾ Statt Hammink i. W. u. B. VII Nr. 1753.

³⁾ Kop. „sigilles“.

filius Wulberdinck dicti Pavonis, Johannes de Mane-gotinckhusen, Rodolphus de Ederdinckhusen, Iohannes de Reckwardinckhusen et Dethmarus dictus Otterschocke, consules in Gesicke, notum esse cupimus et tenore praesentium publice protestamur, quod in nostra praesentia constituti Lubbertus,¹⁾ filius quondam Lubberti militis dicti Comitis, Heilewigis eius uxor ac eorum heredes recognoverunt se consilio amicorum suorum super hoc habito vendidisse quendam agrum situm apud Claveses cruce fere spacium unius jugeris continentem Hildebrando Drude, uxori eiusdem et eorum heredibus perpetuo possidendum, quem agrum Goeswinus, frater Lubberti praedicti, eiusdem agri dominus pheodi, supradicto Hildebrando Drude et ejus²⁾ heredibus iure pheodali contulit coram nobis. Ne autem huiusmodi factum oblivio deleat, sed potius memoriale permaneat, sigillo nostro praesente in literam duximus roborandam. Actum et datum praesentibus Henrico dicti Druckeberich, Vulberone dicto Pavone, Hermanno Mactatore, Gerhardo dicto Gysle, Volmaro dicto Kykepelles et aliis quam pluribus fidedignis. Anno Domini M^oCC^o nonagesimo septimo feria secunda ante festum Nativitatis beati Iohannis Baptiste.

¹⁾ Hier wie an den anderen Stellen der Urkunde ist im Kop. irreg. Lubbertus geschrieben, vgl. W. II. B. VII Nr. 1737 n. ö.

²⁾ Kop. „eorum“.